

A D

SERENISSIMAM PRIN-
CIPEM, AC DOMINAM, DOMINAM
Mariam Eleonoram, Suecorum, Gotho-
rum, Vandalorum Reginam &c. Heroi-
nam Augustam, Laudabilissimam.

ÆLEGIDION CONSOLATORIVM.



Ilia certa Dei, virtutum pulcra corona,
Astrigeni generis Maxima Fama Tui;
Dulce Tuum caput hîc & delectabile pectus
Descriptum numeris sume benigna meis.
Non similem antesciit, nec Sol jam vidit ab annis
Pluribus; haut similem sæcula mille ferent.
O utinam læto potuissem scribere versu!
Charta q̄; nec lacrymis tam madefacta foret!
O niveis tunc non hiemassent arva pruinis!
Horti perpetuâ luce fuisset honos!
Ille q̄; nec sextus lacrymoso Sole Novembris
Esset in his terris visus habere jubar!
Sed fuit in fatis; fuit hæc suprema voluntas!
Rege q̄; Mundus iners nec mage dignus erat.
Germen & hoc ad se divinum sum sit in astra
Coelituum q̄; choris intulit ergo Deus.
His & perpetuis posthac cantabitur oris;
In Patriam & meritis vivet ubiq; suis.
Desine flere! Deus faciet! Quæ seminat atris
Hîc lacrymis, olim plausibus Illa metat.

Regia vestra Majestatis,

Humilissimus Servus.

Joan-Sebast. Wielandus.
P. L. C.